



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Antidota Evangelica Contra Horvm Temporvm Hæreses**

In Qvibvs Quatuor Euangeliorum illi textus explicantur, quibus vel hæretici  
hodie (maximè Caluinus & Beza) ad sua dogmata propugnanda vti solent,  
vel ad hæreticorum dogmata impugnanda Catholici vti possunt

**Stapleton, Thomas**

**Lvgdvni, 1595**

14. Retribuetur enim tibi in retributione iustorum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39463**

- Quæ tria posteriora loca in Prompt. Morali aliquoties narrata sunt. Sextum est de necessitate bonorum operum ut salui simus, dicente Christo, *Discedite à me omnes operari iniquitatis*, id est, iniquis operibus addicti. Aliud est enim operari iniquitatem (quod nisi actum significat) aliud esse operarium, quod habitum quasique professionem notat. Secundum & postremum caput contra haereticos modernos notanda sunt, circa quæ Caluinus in suis ad hæc loca commentariis proflus silere maluit, quam vel suis dogmatibus contraria aliquo modo explicare, vel contra ram apertam veritatem frustra reluctari. Vnum hinc est quod in exemplum trahi non debet. Christus Herodem principem vulpem vocat, non ex contemptu magistratus, sed ex autoritate Spiritus, quam nemo imitari debet. Demonstrat quippe propriam sibi potentiam, quod opus legationis suo toto inuito mundo perficit usque ad constitutum à Patre tempus. Hoc proprium Christo fuit.

## IN LVCAE CAP. XIII.

14. *Retribuetur enim tibi in retributione iustorum.**Bonorum  
operū mer-  
ces.*

**V**ALET hic locus evidenter pro retributione bonorum operum apud Deum. Opponit enim Christus retributionem humanam, qui mutam compensationem in suis coniuiis venantur, retributioni quæ à Deo futura est in resurrectione iustorum. At illa alia veri nominis retributio est, ergo & ista. Haeretici hunc locum tractantes, imprimitis Caluinus, nihil aliud à Christo hinc doceri volunt, eis in coniuiis illis humanis non exerciri charitatem, nec ad probandam charitatem illa sufficere. At Christus docet invitationem pauperum non solum esse opus charitatis Christianæ, sed etiam opus cui à Deo retribueretur in resurrectione iustorum, id est, in illa generali omnium iustorum glorificatione. Sic haeretici bona pietatis opera nulli nisi fructus quoddam fidei & charitatis, signaque & notas filij Dei esse volunt: aliquid apud Deum valere, vel ad salutem conferre, contra evidencissimas Scripturas nolunt.

23. *Compelle eos intrare.**Haeretici  
ad officia  
cogendi.*

**T**amecum ad literam de ipsorum prædicatorum verbi Dilecti studio, fergore, & adhortatione hæc verba intelligi debeantur non est tamen improbanda S. Augustini epistola.